



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Garcia de Loyola, Chil. n. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

## CLASSIS VII.

## A GVBERNAT.CETERISQVE

## M A G I S T R A T I B V S.

1. **A** GARCIA DE LOYOLA *Gubernatore Chilensi*, qui  
*Nostro Parenti Ignatio sanctissimo, arctissimo propinquita-*  
*tis vinculo coniunctus, sic Sacerdotes nostros Caziquis Araucanis*  
Sociorum vnicum la-  
erum diui-  
nus honor,  
& homi-  
pum salus.  
*commendauit: Homines (dixit) esse longe à communi reliquo-*  
*rum consuetudine alienos: non sibi aurum querere, non ar-*  
*gentum, nullum aliud denique lucrum nisi diuinum hono-*  
*rem, atque hominum salutem: huius vnius rei causa ex Hi-*  
*spania profectos, longæ periculosaque nauigationis incom-*  
*moda magno animo subiisse: atque in vnam eam rem suam*  
Quibus vt  
viam ad  
cœlum ex-  
pediant, vi-  
tan omni  
pericula  
deuouent.  
*vitam omnem deuouisse: nihil ijs cordi esse, nisi hominibus*  
*viam ad cœlum expedire, & quod ad humana attinet in his*  
*terris hominum commoda apud Prætorem, Præfectosque*  
*Regios procurare. Adiecit etiam quo maius Societatis beneficium*  
*faceret, A Rege missos in has terras, vt Hispanorum vitia cor-*  
*rigerent, & acerbissimis iniurijs, quibus ipsi premerentur,*  
*obuiam iretur. Hæc pientissimus Gubernator in Annal. Soc. ann.*  
*1596. fol 916.*

2. **A** GVBERNATORE GVADIANENSI Mexican: Cum  
*Societatis (inquit) progressiones, atque incrementa contem-*  
*plor, non possum non vehementer perpetua vineæ*  
*admirari fecunditatem, quæ in omnes partes sine ulla cessa-*  
*tione, innumeris ijsdemque sanctissimis Institutis se fundit.*  
*Sed inter ceteros huius vitis palmites, sodalitatum Beatæ Vir-*  
*ginis Institutio vberimos edit fructus virtutum. Sic ille in An-*  
*nal. Soc. ann. 1611. fol. 856.*

3. A Gv-